Caracciolo, Roberto: Sermones quadragesimales de poenitentia
[Basel: Berthold Ruppel und Michael Wenssler], [ca. 1479] 



in aures discipuli ꝺ doctoris ore transfusa fortius sonat. Unde et
heschines cum rodi exularet ⁊ legeret illa Demoscenis orõ quam
adversus eũ habuerat mirantibus cũctis atq3 laudantib9 suspirãs
ait. Quid si audisseris ipsam bestiã sua verba resonantem hec ille.
Quanta autem sit vis in verbo dei p̄dicatio apparet vndiq3 ex mirã
dis exemplis tam apostoloꝝ quã alioꝝ. Petrus Namq3 post susce
ptũ. s. s. vna p̄dicatione tria milia animaꝝ ꝯuertit ad xp̄m. Actuū
ij. c. Quid fecit paulus vas electionis. Quid reliqui omnes aposto
li ⁊ discipuli christi. Et diebus nostris vñ quasi renouata videt̃ re-
ligio xp̄i sustẽta ecclesia ⁊ peccatores ad penitentiã animati nisi ex
auditu predicantium. O verbum dei benedictum. O verbum salu
tiferum. O predicatio fecundissima. O instrumentũ salubre. quo cõ
moueri p̄nt mentes dure ad agendam p̄niam ⁊ corda omniũ ad vir
tutes sectandas. Tercia vtilitas audiẽtium verbum dei d̃r fortifi
catio. Fortificat em̄ eos qui boni sunt in melius p̄ficiãt ⁊ p̄seuerent
ita ꝙ ex verbo dei quasi ꝯseruantur ⁊ nutriunt̃ sicut plãtula que vt
viriditatem seruet irrigatur aquis. Ideo xp̄s ait math. iiij. Non in
solo pane viuit homo sed in omni verbo qꝺ p̄cedit de ore dei. Quar
ta vtilitas dicitur delectatio. Delectat etenim verbuz dei ⁊ recreat
sp̄ualiter audientes. Nam omnis anima bona letãter audit magna
lia summi imp̄atoris celoꝝ. Et quicunq3 aliquẽ diligit de ipso libẽ
ter loquitur ⁊ libenter audit bñ de illo loquẽtes. Sic qui deũ amãt
⁊ ex christo sunt verba eius audiũt. vt d̃r. io. viij. c. Et marie mag
dalene que dilexit multum Luce. vij. saturari nõ poterat audiẽdo v̄
ba melliflua xp̄i ihesu. x. c. Quinta vtilitas dicit̃ exẽplatio. Prebet
nãq3 audiẽtes verbum dei exemplũ bonum p̄ximis suis. Nam sepe
ꝯtingit vt hi qui infime sunt conditõnis videntes viros graues vt
puta religiosos viros doctos nobiles ⁊ honestos ciues ad p̄dica-
tionẽ confluere animent̃ ⁊ ip̄i ad eaz audiendam diligenter. Ergo
vt finem huic sermoni faciam cum tã grãdia tãq3 mirifica sint pri-
uilegia verbi diuini omnes aduoco cunctos muito singulisq3 cla-
mo. Venite ⁊ audite vt audiendo verbũ dei acquirere possitis ei9
gratiã ⁊ deinde p̄uenire ad beatã gloriam in qua xp̄s bñdictus vi
uit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

Feria sc̄da post dominicam in sexagesima. De verbo dei ⁊ de eius
auditione.

Sermo nonus.

In corde bono ⁊ optio audientes v̄bum retinent ⁊ fructũ
afferũt in pacia. v̄ba sunt xp̄i ihesu saluatoris originalr̃
Luc. viij. c. Quãuis multa dicta sint in sup̄iori sermone ꝺ
p̄dicato verbo dei restãt tamen adhuc de ei9 auditõe ali
quã differẽda. Opus em̄ est confutare illos qui vl' audire respuũt
vl' negligenter audiunt aut audientes nõ custodiunt verbũ. Et re
uera satis sup̄q3 necc̃ria ẽ hec ꝯfabulatio vt inducant̃ hoies ad au-
diendũ verbum diuinum cum effectu ⁊ vtilitate salutis sue. Nã nõ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-519/0071
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG